Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

INCIPIT PROLOGUS.

LUCAS NATIONE Syrus. cuius laus in
euangelio canitur. apud antiochiam medicine artis egre
gius. et apostolorum christi discipulus. postea usque ad
confessionem pauli secutus apostolum. sine crimi
ne in uirginitate permanens domino maluit inseruire.
Qui. LXXX. et IIII. agens etatis annos in bi[thinia] de
seculo noscitur emigrasse. hic igitur diuino stimulatus
imperio. postea ~~quam~~ in achaie partibus euangelium scri
bens grecis fidelibus incarnationem domini fideli narrati
one ostendit. eundemque ex stirpe dauid de origine
descendisse monstrauit. Cui non inmerito scribendorum
apostolorum actuum potestas in mysterio [ministerii] datur. ut deo in deum
pleno. et filio perditionis extincto. oratione ab apostolis
facta sorte domini electionis numerus compleretur. sicque
paulus consummationem apostolicis actibus daret. quem
diu contra stimulos calcitrantem dominus elegisset. Quod legen
tibus ac requirentibus deum breui uoluit sermone osten
dere quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse. sciens
quod operantem agricolam oportet de suis fructibus edere.
quem ita diuina subsecuta est gratia. ut non solum corporibus
sed etiam animabus eius proficeret medicina. Explicit prologus

Incipiunt capitula libri actus apostolorum. CAP. I.

Ubi precepit ihesus discipulis suis ab hierusalem ne discederent. II
Ubi petrus de iuda cum discipulis loquitur ut pro eo unum de duobus
eligerent. III. Ubi spiritus sanctus de celo descendit super
apostolos in loco ubi congregati fuerunt. IIII Ubi pe
trus dicit iudeis non enim sicut estimatis hi ebrii sunt cum sit hora
diei tertia. V Ubi de domino ihesu uiris israhelitis loquitur.
et de scripturis diuinis. VI Ubi petrus iudeis